Hs. II 314

Diese Handschrift gehörte dem am Ende des 15. Jahrhunderts oder bald darauf gebildeten Sammelbande D XXV der Mainzer Karthäuserbibliothek an, der späterhin – unbestimmbar wann – zur Auflösung gekommen ist.

Sermo de sancto anthonio abbate. editus. ab eximio viro. mgr[o]
engellino de brunswick. i[n] sacra pagina licenciato excellentissi[m]o
p[re]bendario quoda[m] domorum sancti michaelis prope magu[n]tia[m]. et
beate marie v[ir]ginis. carthusien[sis] ordinis. iuxta archfetinam situar[um]

Stadtbibliothek Mainz

Sermo magistri engelini In theologia licenciati dignissimi habitus in conventu fratrum carthusiensium prope argentinam de sancto anthonio

Commonuit me venerandus pater noster anthonius, ut breuem saltem verbum facere ad vos patres, iure utique michi carissimos, de inclito et sancto patre anthonio. Et recte quidem: quia in die sancti anthonij: et noster pater anthonius lucis exordia introiuit. Nolite igitur mirari cur pater noster anthonius: beatissimi patris anthonij preconia audire delectetur. Consonantia siquidem nominis amicitias parit: et similes sentibus preminentijs gloriantur. Sed quis ego ut onus id portande validioribus etiam humeris formidandum susceperim. O pater anthoni timeo, cum tuis cupio parere monitis, improbus beatissimi anthonij laudator inueniri. Vereor siquidem ut cum repeto verbis ipsius premere laudes, sermonem confundat opera anthonij. Si dixero, ut cunctum opes calcauit, tacitus forsitan quis cogitat: ut quid igitur tu ipsas insectaris. Anthonius si dixero ingentem abstinentie rigorem tenuit, tacitus quis submurmurat: quid igitur tu inter vina adhuc et epulas versaris. Obijcietque michi verbum sancti iheronimi in epistola ad nepocianum: delicatus inquit est magister, qui pleno ventre de ieiunijs disputat. Anthonius si dixero, antra deserti incoluit, tacitus quis questionem suscitat: ut quid igitur tu mundi spatia non cessas perlustrare. Cur que loqueris ipse non facis. Cur in te non facis splendescere quod in alio narras insigne. Ob hoc forte magis magisque congruet ori manum prudenter imponere, quam virtutes (quas ut verum fateor non possideo) beatissimi anthonij viris coram religiosis conspectibus recensere. Terret et verbum beati pape gregorij, quo ait: Quantulibet doctrina meos polleat, grauis est impericia, velle docere magis sapientem; Immensa etenim est presumptio a seniore sibi reuerentiam exigere: silentium imperare meliori. Sed si silebo, ubi manet ea, quam debeo, reuerentia ad sermonem exhortanti nostro patri anthonio.

Vbi caritatis officium? si vestras hiulcas aures preteritum refragabor.
Excusabit meum spero imperfectum, tuum o pater anthoni imperium. Et
vestra o patres innata benignitas: defectus portabit predicantis.
Assumam igitur cum fiducia verbum pro propositi executione: uberes adherens
materias. Illud videlicet. Iustum deduxit dominus per vias rectas. Et
quomodo poterimus huius scripture sensum penetrare? quomodo explicare in
clusas in ipsa sententias? nisi et nos deducat dominus per vias rectas?
Et que sunt inquis vie recte? per quas oportet incedere ad limpide specu
landum verbum propassumptum. Reuera non acumine ingenii: non subtilitas
scrutinii: non sedulitas studii: est ad quem intendo ait Hugo. verbi sacri.
Opus est plus intima compunctione quam profunda investigatione: suspiriis
quam argumentis: crebris gemitibus quam copiosis argumentationibus:
lacrimis quam sententiis: oratione quam lectione: gratia lacrimarum quam scientia
litterarum. Et quis has vias poterit ingredi? proprio ductus spiritu? Reuera
nulli patet introitus: nisi ipsum deduxerit dominus. Domini siquidem est cor com
pungere: suspiria evocare. Domini est concitare gemitus: a domino est lacrimarum
fluuius. A domino est orationis profectus. Ut igitur ad viarum illarum veniamus
initium: abscedat de propriis confidentia: humana seponatur sapientia: et marie
imploremus auxilium: que per ipsarum itineribus: immittit dominus lucem ra
dium: robur virium: securitatis tutamentum. Et quid mirum. quia per ipsam
dominus nostras collustret animas: cum et ipsum dominum deduxerit per vias rectas:
cum a facie herodis impii. puerum ihesum deduxit in egiptum. Dicamus
ei mente devota. oraculum evangelicum: aue gratia plena dominus tecum, etc.
Hanc ante secula. miserarum dominus statuit celestis aule fore incolam,
hinc et in seculo: sue sapientie legibus primum deducere placuit per viam
rectam. Et cur hoc inquis? Idcirco ni fallor: ne quis inaniter
superbiret de sua industria et circumspectione: si vel sine ducatu domini.
rectum iter pergeret: aut sine miseratione domini: celeste regnum intraret.
Forsitan te scire delectat. que sit via recta: qua quis per dominum
deducitur: ut conciuis efficiatur angelorum. Vis audire? Cristus
via est. Sic etenim ait. Ego sum via. veritas et vita. Nemo

venit ad patrem: nisi per me. Profecto per xpm. uti per via itur: per xpm
curritur: per xpm volatur: per xpm: ad xpm pervenitur. Nisi per cristum
fieret transitus: quomodo diceret xpus. ego sum ostium. si quis per me
intraverit. pascua inveniet. per xpm nisi fieret cursus: quomodo diceret pau//
lus. bonum certamen certavi. cursum consummavi. Quomodo preterea horta//
retur salutaribus monitis: sic currite ut comprehendatis. per xpm nisi
fieret volatus: quomodo quereret ysaias. qui sunt hii qui ut nubes vo//
lant. et quasi columbe ad fenestras suas. Transeunt autem per xpm.
activi pusilli: currunt per xpm operatores validi: volant per xpm. apicibus
virtutum sublimati. Transeunt per xpm incipientes. currunt per xpm profici//
entes: volant per xpm. perfectione radiantes. Illi in via transeunt. qui
titillaciones viciorum patiuntur. et qui contra viciorum impetum: virtutibus
contrariis se defendunt. qui dum exurgit furor et rabies: se muniunt
per patienciam. dum carnis petulantia infestat: opponunt continentiam. dum vo//
racitas et gula: se stringunt per abstinentiam. dum elatio et superbia:
adducunt humilitatem. dum rancor et invidia: recurrunt ad caritatem.
dum ferocitas et sevitia: obiciunt mansuetudinem. dum ultio et vindicta:
murum constituunt mititatem. Et quid mirum. si isti in via transeant cum
bella contra vitia agant. que qui superare nituntur. eorum motus retardatur in via.
Illi in via currunt. qui calcatis viciis. de virtute ad virtutem se extollunt. quarum
floribus exornati: honores mundanos fugiunt. bona terrena non am//
biunt. lucra caduca non sectantur. mundi contemptum pro celesti gloria am//
plexantur. nullis officiunt. omnibus prodesse cupiunt. errantes corrigunt.
nescientes instruunt. pauperes pascunt. tuentur pupillos: consolantur infirmos.
et ad quecumque pietatis opera: expediti animum gerunt. Hos benignitas
inspirat. humilitas subicit: alacritas ducit. iusticia deducit. obediencia
impellit. caritas agitat: pietas promovet. Quid igitur mirum si isti
in via currant (deposita siquidem peccatorum sarcina) claritate virtutum
alleviati. ob quod motus eorum in via velocitatur. Isti in via volant.
qui pennis virtutum sublimati. a terrenis rebus sunt sepositi: ab cogita//
cionum carnalium turba liberi. qui in domino gloriantur. qui sola celesti//
a meditantur. qui multitudine pacis delectantur. qui divino consolacionis

iebriant. qui angelica dulcedine pfruunt: qui i celis ɔtēplatōe ɔtra //
duut. patris speculando potentiam: filij intuendo sapiam: spussancti
bonitatē et clementiam: totiusqʒ superbndicte trinitatis supexcelle //
tiam. Quid mirum hos i uia volitare. pro quanto ~~cut~~ ɔuersatōe in
celis ambulant. Ob qd. nō imerito: motus eorum volatui compatur.
hec via. ābulantibus est aspera. currentibus plana: volantibus est
amena. Asperum quidē est carnē mortificare. vitia expugnāe:
delectabilibus quibusqʒ repugnare. Quod. i via ut pmisi: est
ambulare. Huius vie aspitatē sensit: qui dixit. Castigo corpus
meū. et i seruitutē redigo. ne cū alijs pdicauero: ipē reprobus
iueniar. Et alius: qui ait. Propter verba labiorum tuorum: ego custo //
diui vias duras. Planū iter habuit aplus. dū ipius i via cursus.
neqʒ sitis. neqʒ fames. neqʒ tribulatio. neqʒ angustia. neqʒ mors.
neqʒ vita. neqʒ nuditas. neqʒ gladius: ymo neqʒ virtutes. neqʒ pn //
cipatus poterat cohibē. Amenitatē vie. sponsus designauit in
canticis. dū sposa ad se grōse iuitat: surge inquiens. propera. Iam
enim hyemps transijt. ymber abijt et recessit: flores apparuerūt
i terra nra. vox turturis audita est: tpūs putatōis aduenit.
vince florētes: odore dedecuit. Surge a terra. ppera p volatū:
veni i amplexū. Sed mox instat studiosus: et dicit. Xpus lapis
est: xpus petra est. Quomodo ergo doces. q ipē sit via. Aut si
lapis est et via. quomodo p ipm curritur. Per lapidē siquidē in
via positū. cursus impeditur: dū ad ipm. pes currentis offenditur.
Sed attendite carissimi: doctrinā aurelij aug. Xpus inquit. per
similitudinē. multa est: qui ppr ppietatē nō est. Per similitudinē quippe. la //
pis angularis est. petra est. hostiū est. pastor est. agnus est: leo
est. Ubi est pastor: lege iohānē. Ego sū pastor bonus. Ubi ouis:
interroga ysaiam pphetam. Sicut ouis ad occisionē ductus est. Ubi
agnus: interroga amicū sponsi. baptistam iohēz. Ecce agnus dei: ecce
qui tollit pctā mūdi. Ubi ostiū: audisti loquentē xpm. Ego sū
ostium. Ubi leo: vide i apocalipsi. Vicit leo de tribu iuda. Ubi
petra: lege aplm. Petra autē erat xpus. Ubi lapis: aduerte

petrū allegantē ysaiam / Lapidē quē reprobauerūt edificātes: hic
factꝰ est ī caput anguli / Hec sm̄ rerū similitudines / Sed si atten=
das rerū ꝓprietates: nec xpūs petra est: qr durꝰ et sine sensu
nō est / Nec ostium est: qr ipm̄ faber nō fecit / Nec lapis est
angularis: qr a structore excisus nō est / Nec pastor est: qr nō
est custos ouiū quadrupediū / Nec leo est: qr fera nō est / Nec
agnꝰ est: qr pecus nō est / Omia igit est ꝑ similitudinē: nō per
rei ꝓprietatē / Si ergo admittis ꝑ metaphorā. q xpūs ē petra:
acquiesce similiter q sit via: nō que pedibꝰ teritur: sed q vita
et moribꝰ ambulatur. curritur. et volatur / Hic igitur ꝑ hac viā
graditur: qui xpm̄ ī infimis imitatur / Hic ꝑ hac viam currit:
qui xpō ī maioribꝰ similari satagit / Hic ꝑ hac viā volat:
qui xpō ꝑ posse ī sublimibꝰ se conformat / Optima hec via. q
nulli clauditur: q oībꝰ patet: ī qua quolibet ābulās: nō ob=
errat / Si transis ꝑ hanc viā: venis ad patriā / Si curris ꝑ
hac viā: venis ad patriā / Si volas ꝑ hac viā: venis ad patriā /
Si paraliticꝰ es. iacēs iuxta viā: repta ad hac viā: et reci=
pies ambulādi v'tutē / Si cecꝰ es. sedens secꝰ viā: palpita ad
hac viā: et restitueris ī lucē / Si febribꝰ estuas. absconditꝰ ī
cōclaui: perge ad hac viā: et ī te extinguet ardorē / Si mortuꝰ
es. positꝰ extra viā: fac te deferre ad viā: et suscitabit te. etiā
iam fetentē / Si vero ī via ambulās. esuris: cibꝰ est / Si sitis:
ipa fons est / Si infirmaris: ipa medicꝰ est / Si fatigaris: virtꝰ
est / Aliquid feces dilectissimi. bonū est ad illā viā anhelare. in
qua cibatur esuriens. potatur siciens. curatur languens. consolatur
flens. refocillatur et grauit ꝑgens: Utiqz et vere utiqz / Quia
et ipē qui est via: est et indiuiduꝰ comes vie / Quasi etēim via=
tor quibusqz itinerātibꝰ se associat: et iocūdissimis suis cōfa=
bulatōibꝰ a labore vie releuat / Bonꝰ comes qui se singulis
ad nutum prebet: qui omibꝰ se conformat: transit cū euntibꝰ:

currit cum currentibus: volat cum volantibus: sitit cum sitientibus: epulatur cum epulantibus: lacrimatur cum merentibus. Transivit ipse christus cum cleopha. suo utique discipulo; cucurrit cum petro: sursum volavit cum paulo: sitivit cum samaritana: epulabat cum turba: flevit cum martha et maria. Bonus comes: qui per vias rectas deducit secum transeuntes. currentes. et volantes. Deduxit thobiam per viam gradientem: deduxit prophetam per semitas cursum facientem: deduxit abacuck per aera volitantem. Nec tamen quisquam a domino per vias rectas est deductus: qui non prius qualiter sit ambulandum sit instructus. Deduxit dominus cornelium ad beatum petrum: paulum ad damascum: eunuchum ad philippum: ut servire itineratoris discerent semitas: priusquam ipsos duceret per vias rectas. Aspicite queso o patres venerandi. meritum patris anthonii: quo sub ducatu: per rectas vias ambulavit. Nutu enim dei ducente. cum adhuc esset puer: et de nobili licet prosapia ex egipto extiterit progenitus: non tamen puerorum lascivias. aut nenitias et ineptias. ut solet illa etas. sectabatur: sed totis viribus se iugo dei subiciens: et ecclesias frequentans: et que ad institutionem fidei catholice. christianeque vite rectitudinem audierat: tenaci memorie pectoris armariolo commendavit Audivit autem ibi ex lectione evangelica ad divitem prolata: si vis perfectus esse: vade et vende omnia que habes et da pauperibus: et veni et sequere me: et habebis thesaurum in celo. Audivit hanc lectionem ab ore veritatis adolescentulus: audivit ab organo veritatis beatus noster anthonius. Sed dispari sorte. Nam adolescentulus a lectione tristis abscessit: sed lectio ipsa anthonii cor liquefecit. O bona lectio. O efficax lectio: que semel audita: fecit nostrum anthonium: et scolarem obedientem. et doctorem precellentem. Non est in hac lectione. adhibita interpretatio. ad audiendum: non consuetudo ad usum: non ratio ad studium: sed spirante spiritu veritatis: spiritus anthonii. sensum huius lectionis penetravit. Ubi deus magister: cito discitur quod docetur. Nulla ait beda

est i distendi mora: ubi a spu sancto est doctrina. Videte fres antho
niu discipulu obedientie. du auribus precepta lectoz. diuino tactus
spus instinctu: ad sui retorsit guersione. Mox etem lectoe lecta.
quasi propter se excitatus lectoz: oia q possedit. vendidit. et i usus
paupu erogauit. nichil sibi reseruas de pna substantia: ne dap
naret cu anania et saphira. Audisti et tu o pr anthoni hac
difficile lectoz. et ad instar sancti athoni. mudo mudana deliques:
te solitudini moachoz. i iuuenilibus anis arctius macipasti. Intellexiste
athoniu discipulu obedientie: audite et ipm doctore pcellentem.
Rogatus siquide a fribus ut institutoia precepta largiret: ut doc
tor egregius. doctrinas tradidit salutares. Nemo iquit cu de
spexit mudu. arbitret se ingentia reliquisse. qr ois terrena sba in
finitati compata celoz: vilis est et pusilla. Cu igit vniuerso orbi
renutiates: nec dignu aliqd hitatio possum copesare celestibus.
Nemo arbitret. modica auri portione gtempta. se quasi mag
na dimisisse: nec credere quasi parua sit recepturus. Sed ve fres.
stultus labor me obruet. si queque huius doctoris spectabit documeta
i summa conarer efferre. Accipite i suma. pauca ex multis: modi
ca ex magnis. Hortatusque est ad gstatia timidos. ad timore
supbos. ad frugalitate pdigos. ad liberalitate auaros. ad hu
militate parcos. ad temperantia gulosos. ad gsiliu temerarios. ad
silentiu verbosos. ad verbu exhortatois impudice tacitos. ad indul
gentia crudeles. ad masuetudiez impatientes. ad verecudia proca
ces. ad quiete precipites. ad gtinentia petulantes. ad prudentia
icautos. ad sapiaz idisciplinatos. ad doctrina inscios. ad cocor
dia iratos. ad gsolatoz mestos. ad deuotoz vagos: ad sanctitate
religiosos. Et ceteraque virtutu itinera. sermoe mirifico reserabat.
pponens ante oclos singloz. dei clemetia ad ignoscendu: et honore
magnitudiez futuroz. Nec iamus ee poterat tati magri psuasio.
sed letantibus cuncte discipulis. in aliis cupido virtutu exarsit. in

alijs infirma ꝯfouebatur fides: ex aliorum mentibus false opiniones euel=
lebantur. in alijs deuotio excreuit: in alijs augebat caritas. in alijs
intendebatur rigor discipline: in alijs inanium terrorum timor abscessit.
et ceteri quique a vicijs pessimis sunt auersi: virtutum itinera amplexan=
tes. Discite precor sacris litteris imbui: sacram scripturam venerari. quam
audiens noster anthonius. viam vite inuenit: quam docens anthonius plu=
rosque ad rectam viam pergere fecit. quamque sic tenacius memorie commen=
dabat: ut ipsa pro libris uteretur. Et recte quidem. Quia in ipsa quicquid
noxium est dampnatur: inuenitur quicquid utile est. Ibi quis conspicit
quantum proficiat: quantum ue a perfectione recedat. Ob quod et doctissimus
iheronimus virginem demetriadi suasit: ut scriptura sacra vice speculi
uteretur. Nec tamen putet scripturam sacram. quicquid continet pagina: quic=
quid litteris extat exaratum. Scripserunt multi de altis scripture misterijs:
de profundis scripture sentencijs. non sufficienter litteris imbuti sacris: ver=
ba scripture sufficienter dumtaxat intelligentes. sanctorum patrum sentencias
aspernantes: a modis loquendi usitatis recedentes. fingentes sibi termi=
nos proprios. locutiones obscuras: non secundum sanctas traditas. sed secundum pro=
prias fantasias. quarum etsi quique verum forte intellectum habuerunt:
verbis tamen accommodis minime explicarunt. Quas cum quidam simplices
et illiterati. quidam vani et curiosi. quidam male deuoti et religiosi
aspiciunt: in admiracionem suspenduntur. reputantes obscura profunda: ex=
tranea utilia. inintelligibilia subtilia: et ipsas avide insectantes.
in varios errores prolabuntur. fitque eis nausiale quicquid extra hos
terminos dicitur: quicquid aliunde doceatur. Vilescit iheronimus. spernitur
ambrosius: recitatur gregorius. postponitur augustinus: et ceteri quique maiorum
in ipsorum oculis vilificantur. dummodo loquendi ipsorum a vera phia de=
uio. a doctrinis sanctorum peregrino. se difformant: ob hoc et in oculis
proprijs se sapientes scribunt. supra alios se extollunt: se scire iactant
quod nesciunt. deuotos se astruunt: se esse confirmant quod non sunt.
Verbi causa. Fuerunt qui scripturas sensu sublimes. verbis obscurias
catholice explicarunt de vnione scilicet humani spiritus cum deo. de sub=

mersione hoīs in abissali ꝓfundo: de ꝯuersiōe ipi9 ī ꝑmordiale ori //
gine: de reditōe ipi9 ī nichileitate/ Fuerūt et alij qui hec alta et
ꝓfūda ꝯsimilib9 verbis ꝑtractarūt. admodū obscuris sermōib9 in //
uoluetes: sensū tn̄ uerū minime dilucidātes: quos tū sequitur sim //
plices et illr̄ati seducūt: v̄bis ꝙm corticē et superficie inherētes
dūtaxat. Melior si nō talis fuit ille dapnate memorie fraterculus
ante paucos annos ī insigni ciuitate moguntia ignib9 traditus: qui
imperitie quorūdam scripte seductus: se credebat deseruisse se ipm:
et ī deū essentialiter esse ꝯuersū/ Ex quo errore itolerabili. uti fonte
obscēno et radice infecta: varij ihorabiles errores. qui xpianos ma //
culat acres pullularūt: quos melius est, qm̄ loqui. reticere/ Nō sit
pres nō sit demus opaz scripture sacre: sed ꝙm expositōes sanctorum
patrum: qui spū scto afflati: sensus quos idez spūs efflagitat. denu //
darūt: quorūqz vita et doctrina ecclia fulget ut sol et luna: ubi
alij vix ī angulis noiati: ecclie sūt ignoti/ Sed reuertamur ad
ꝓpositū. a quo paruliper desiluit oratio: ad inclitū nr̄m videlicz athomū:
ondentes quomō ī via recta. ducatu p̄uente dn̄o: ambulauit. cucur //
rit. et volauit. Ambulauit dico: p ꝯmunium obseruātiam preceptorum/
Cucurrit: p salutarium adimpletōz ꝯsiliorum/ volauit: p celestium ꝯtem //
platōz supernorum/ Hos p viam ambulādi modos: et ceteros quosqz
docuit: et ut mirr exemplaris. discipulos anteessit/ Audi doctrinā eius
egregiā: quā refert cassian9 in de institucōe monachorum/ Principium
inquit nr̄e salutis. necnō sapie ꝙm scripturas: timor ē dn̄i/ De
timore naqz dn̄i nascitur ꝯpunctio salutaris: de ꝯpunctōe cordis. p //
cedit abrenūciatio: hoc est. ꝯtemptus oim̄ facultatum/ de nuditate
rerum: humilitas ꝓcreatur: de humilitate: gnātur mortificatio voluptatum:
de voluptatū mortificatōe: vniuersa vitia marcescūt et extirpantur:
de viciorum expulsiōe: virtutes succrescūt atqz fructificāt. de virtutum
pullulatōe: puritas cordis acquirit. p cordis puritate: aplice caritatis
ꝑfectio possidetur. In hac doctrina p̄nobili: describit dicte vie. tran //
situs. cursus. et volatus/ vie austeritas. planities. et amenitas/
Trāsitus et austeritas: ī carnis mortificatōe. et vitiorum extirpatōe/

Cursus et planities: i virtutu pullulatoe ac earude fructificatoe, Vo//
latus et amenitas: i cordis puritate et caritatis pfectoe. Sed ne doc//
tor eet despitabit. btus pr anthonius: ne ue id pateret imperij. qd
xpus obiecit phariseis. dicut eni et no faciut. vias quas vbis
docuit: magno conatu. sumoqz studio pagrauit, p carnis siquide
mortificatoe et vitioze expugnatoe: nuqm a puerilibus anis esce
mollioris blādimēta est sectatus. sed cibis etiā maulte ministrate:
nil aplius requisiuit, Semel i die comedebat: post solis occasu, Et
nonuqm biduo. triduoqz sic pmanens: vix quarta die cibu cura//
uit accipe, Sumebat pane et sal: potuqz aque pauxillu, De
carnibus vero et vino (ait desciptor ipius vite admirabil). reticere
melius puto qm quitqm dicere. qmā apud plurimos monachos:
nec istiusmodi aliquid repiebat, Quieti aut mebra tribuens:
iunco intexto et cilicio utebat, Crebro supra nudā humu: me//
bra pstrabat, Asperos labores carni imperabat. asserens sensum
animi sic posse roborari: si carnis impetus fuissent sic ofracti,
Rursus pro obiectoe delectabiliu. strictiori solitudini se mancipans.
nouus hospes. i castello quodā deserto habitabat. et obstructo lapi//
dibus introitu. panes mensiu sex. ut thebeis mos est. secu recondebat:
nec no et aq exiguu habens. solitarius pmanebat, Nuqm inde prodiens.
nusqm aliquem recipiens, Et adeo a cotubernio hoim se extraxit. ut
cu bis i anno panes desup p tectu reciperet: nullm cu deferentibus ha//
beret colloquiu, Cuqz sic strenue. icitus anthonius i recta via pgeret.
vitia carnis edomando. et ad cursu virtutu. volatuqz pfectionis
festinādo se attingeret: dyabolus autor mali. magr doli. veteranis eu
fraudibus est aggressus: temptans si quouis modo ipm a cepto posset
istituto auertere, Immittebat ei memoria prinare possessionu. so
roris delicte defensione. gnis nobilitate. seculi gloriam. escarum delec//
tationem. variarum. virtutu arduu fine. maxim pueiendi labore. cor//
poris fragilitate. etatis spatia plixa: nec no cetera remissiores
vite blandimēta, Sed ne venerandus pr anthonius. temptans decli//

naret iustitias: deduxit eu dns p vias rectas. ut relinqret in via
transitus: intenderet motus festinaret ad cursus: procederetqz ad or-
namenta virtutis, Quas ut posset carpe: senes quos fama pre-
lebris virtuosos ꝑmulgabat: discendi studio. nullo labore gterritus
visitabat: vitas ac mores optimos de singulis ipoz hauriendo,
Huius gtinentiam: illius iocunditatē sectabat, istius carpebat in-
dustriam. alterius patiaz. illius iustitiam. huius abstinentiam. istius
masuetudiez. istius humilitatē. alterius caritatē. ut apis argu-
mentosa: et sic tanqm munere mellis accepto: ad habitacl'm suum
remeabat, Tantuqz a singulis didicit. tatu ne in virtutibus euit: ut
vitam monachi ipm deicola nuncuparet: dicentqz libera voce. quasi
pfecta ad culmen virtutu ee via: scire inditum prez anthonium quis
fuerit, Ob quod et btissimus heronimus. ipm appellat ducē et pncipē
monachoz: in epla ad paulinum pbrm, Cuiia vero in bonis opibus
sic effulsit. qr singlarum virtutum exemplabat eminentias: quid
mire si ipm deduxit dns p vias rectas: ut post velocē in via dm
cursus tenderet ad volatum?, Nuc pfecto tuc arripuit. dum in supnoz
gteplatoe se erexit: quoz sic flagrabat odoribus: ut siue sopnum.
siue cibum corpi indulgeret: miro afficeret pudore. qz tanta animi liber-
tatē: fragilis corpis necitas coherceret, Crebro tamē speculatoe
celestium. fribus consedens ꝑ prandentibus. sic volauit in sublime: ut
a meoria cibi cora positi prsus rapet, Et quid moror dicē., Con-
teplatois alas in celum sic extendit: ut a celicis spiritibus sursus
ferret in aera: et accusatibus eum de vita pstina spiritibus tenebraz:
phibentibusqz aeris trasitum, Audite sue pfectiois testiomum.
platum ab angelis. omi admiratoe dignum: meorieqz cuiuslibet
monachi comedadum, Si inquit ad demoes ex eo tpe quo ide frts
ē monachus. quo se dno dedicauit. ab incepti itineris tramite ab-
errauit: siquid indecetis. si quid indecorum admisit. aut contra
dnm. petm aliquod pertrauit: audenter aperite, Et demoibus
nichil iuenientibus: ipe libere in aera ferebat. Sed et altius

volitans: oculos usque in celum defixit. ubi futura Adrianorum presidia lustrauit in spiritu: quam et voce luctuosa fletibus enarrauit, Tandem vero alarum leuitate subnixus volauit duce Christo. de regione umbre mortis in regione lucidam: de via ad patriam, Quod et nobis prestare dignetur Ihesus Christus: in secula benedictus, Amen

Scriptum ex caritate in domo argentine
pro domo marsurie. Anno salutis. 1.4.98.